significat : altitudo autem in illo ligno est.
quod ab eodem transuerso sursum uersus
ad caput eminet. ea significatur superno
rum exspectatio. ubi profundum. nisi
in ea parte quae terrae defixa est. occulta
est enim et abdito latet. non uidetur. sed
inde surgit et eminet quod uidetur. post
haec omnia si conprehenderis haec omnia.
non solum intellegendo uerum et agendo.
intellectus enim bonus. sed omnib(us) qui fa
ciunt eu(m). tunc iam ostende te si potes ad
cognoscendam cogitationem caritatis xpi.
supereminentem scientiae. si perueni
ris. cum perueneris, implebis in om
nem plenitudinem di. tunc iam erit faci
e ad faciem. impleberis enim in omnem
plenitudinem di. non uisis plenus ds.
sed uisis plenus do. quaere ibi si potes
faciem corporalem. iam tollantur nu
gacia mentis aspectu. abiciat puer paruu
lus ludicra. discat tractare maiora. et nos
si in multis paruuli sumus. et cum plus quam
sumus esse cupimus. a maioribus tolerati su
mus. pacem sectamini cum omnibus et san
ctificationem. sine qua nemo poterit
uidere dm. hac enim et cor mundatur.
quia ibi est fides quae per dilectionem ope
ratur. beati enim mundi corde. quo
niam ipsi dm uidebunt.

EXPLIC. DE BEATITUDINIBUS

INC. DE VIGILIIS SERVORUM DI TRACTATUS NICETAE EPISCOPI.

© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_210/0361